

**Honoris trophoeum dum.
Viri admodum reverendus ac
amilissimus Enevaldus
Sven...**

Laconius, Petrus

1 Ic 1678 Svenonius, Enevaldus



National Library
of Sweden



HONORIS TROPHOEUM

Dum

Vir Admodum Reverendus ac Amlissimus

ENEVALDUS SVENONIUS

S. S. Theologiae Doctor eiusdemque facultatis in Regia Academia Aboensi Primarius Professor celeberrimus, utriusque Ecclesiae Aboensis nec non Numensis Pastor longè dignissimus, confessorii ibidem tam Ecclesiastici, quam Academici

Adessor Gravissimus.

Regiae Academiae Aboensis

RECTOR MAGNIFICUS

*Anno Millesimo Sexcentesimo supra Septuagesimum
Ostavum, die 20. Junij proclamaretur.*

In grati animi *Ἰν κινήσει*

à

Discipulis & Studiosis Smoland. erectum.

A B O Æ, Excusum à JOHANNÈ Winter.



1678



Os, circa mundi hujus turbidam senectam
videntes, in illa incidimus tempora, in
quibus hos tumultus, strages & funestissi-
mas belli faces accensas, quæ patriam no-
stram charissimam aliquot ab hinc annis
fatali quodam diluvio & torrenti fortunæ
æstu inundarunt, sine lachrymis intueri
non possumus. Patriæ namq; nostræ cives,
variis casibus, fortunæ ictibus armorumq;
fluctibus jactantur! jam bella hæcenus sopita undiqve recrudescunt, adèo ut Svecia calamitatis theatrum & fatalis miseriarum sedes videatur. Verùm inter hæc publica suspiria divinum numen debitis Encomiis satis celebrari nequit, quod hanc Regionem ab hostium incursionibus hunc in diem incolumem servavit, & tristitiæ nubibus discussis, serenum tranquillitatis solem nobis adhuc donavit! jam multis in locis ob bellorum nebulas Musæ silent, Hic vero, Religionis cursus, disciplina morum, literarum studia, & omnes felicitatis partes nobis svari adplaudunt concentu. Hic proindè dies nobis illuxit auspiciatissimus, in quo Tu Ampliss: & Excellentiss: Dn. Doctor, Academiæ nostræ & Ecclesiæ lumen coruscans, ex præscripto S. R. M:is & Amplissimi Academici senatus decreto, scēptra Academica magna cum pompâ tēnes, in sequentem annum, nostri Ordinis Rector Magnificus, omnium adplausu futurus; Hunc honorem, in quo Te jam fata collocarunt, optimè meruisti, siquidem in juvenili ætate, tot urbes, tot exoticas nationes, tot Academiās visitasti, omnesque mole-

molestias, quæ molles & delicatos à studiis detertere solent, forti animo devorasti, & tandem in patriam suppellectilem egregiam deportasti, cujus, testes egregia sunt ingenii tui monumenta, quæ per omnes terrarum oras, ubi florentissimæ musarum sedes vigent, famam tuam etiam post fata, ad omnem posteritatis memoriam adeò disseminant, ut nulla obfuscari possit oblivione. Nobis proinde, nullus hoc optatior dies adfulserit, in quo Tu Ampliss. D. Doctor, RECTOR Magnificus crearis, quis festivitate hujus non capitur? quis lætitiâ magna non afficitur? quam fortuna benigna tam opportunè in hunc conclusit diem; ô quæ felicitas! Gratulor, gratulor inquam T. Magnif. hunc honorè, & si quid vota mea possint, Deum omnium bonorum fontem cernuus rogo, ut Tuam Mgnif. ab omnibus periculis conservet, vitamque Tuam & incolumitatem ad seram ætatem prolonget!
Vale! Sic voveo, sic opto, sic precor

T. Magnif. ad devotissima obsequia devinctus
PETRUS LACONIUS.



*Non latet angustos inter sapientia fines
Ast quærit gentes multaque Regna ferit,
Eusebies, charitesq; piæ, Clariq; sorores
Fennonicos campos pingviaque arva beant.
Inchyta Roma caput cur tollis ad Astra superbum?
Quam multis jactas gloria spreta jacet?
Deliciaque tuæ Musarum præses, Athena,
Inveniunt nullum (nam periere) locum
Diva ergo nostris pallas dominatur in oris
Translatusq; Helicon monstrat adesse Deas.
Lætitiæ redeunt, redeunt sua gaudia Musis
Exultat totus pegasidumq; chorus
Nunc; quoniam Doctori ENEVALDO dantur honores
Nuncq; præst nostris alter Apollo jugis,
Ingenuas animi claudit qui pectore dotes*

Eucomia Doct̄or, Myst̄a Deiq̄ bonus.
Excellens, rarus, studiis solideq̄, subact̄us
Pars, quæ pimpleo non male nota gregi,
Cujus & innumera laudes, caelestia dona,
Non nisi caelesti dicier ore valent,
Huic Deus insudit sanæ pietatis amorem.
Fecit & Aoniis invigilare choris.
Ergo ter salve SVENONI Reçtor amande,
Salve, magnificâ laude canende din.
Vive Deo, patriaq̄, gregi, Tibi vive tuisq̄ve
Et pylj numeres secula longa senis
Nimirum felix, felix hic transeat annus
Bellorum pellat nubila densa Deus.
Vivat REX CAROLLUS Svecorum floreat heros
In cujus posita est nostrâ salute, salus,
O vivat voveo venturâq̄, secla subintret
Regis honos cujus fulget in orbe decus,
Gloria Svecorum toto sub sole coruscet
Car mine sic voveo tempus in omne meo.

Concitissimo calamo, non ut debuit ac
voluit, sed prout potuit deproperavit
Tuâ Magnificentia

Client̄s Humiliss̄mus

JONAS M. NICANDER.
S. R. M. A.

DOCTOR ENEVALDUS SVENONIUS
Per Anagramma exclusâ litera T.
NOVUS DEI CUSTOS, NON DELEATUR.



Alve Divinæ legis sanctissime *custos,*
Prima inter Divos Gloria Thejologos.
Magnifice O RECTOR clari celebrisq̄ve lycei,
Doctorem legis quem DEUS ipse dedit.

Scili-

Scilicet & tempus venit volventibus annis,
Qvo TE RECTORIS jam Novus ambit honos.
Salve iterum RECTOR, Noster Reverende Patrone,
Cujus perpetuum Nomen in orbe viget.
Splendescat cœlum, pellantur nubila! nostrum
Excipiant votis sidera clara Ducem!
Magnifici Titulo RECTORIS salve & amœnum
Sis decus omne Tuis, prasidiumqve meum.
Vive igitur DOCTOR multum Reverende SVENONI,
Sis felix nobis, vive valeqve diu.

Anno dum cecini

DIE pater, DoCTOR, TVqVe & reDIVIVE LVthere
O MI SanCte SeneX, VIVE EneValDe ple!

TUÆ MAGNIFICENTIÆ

Humilimus cliens

PETRUS Gab. HERLINUS

S:æ R:æ M^{tis} Alumnus.

Dum, Te amplissime atq; Excellentiss. Dn. Doctor suffragio cel-
cissimi hujus Academia Cancellarij & unanimi senatus A-
cademici adplausu novum Reçtoratus honorem in futurũ
annum suscepturum audiui, summã afficiebar latitiã, &
me præ gaudio continere haud potui, quin totus in vota & adplausus
effunderer. Hic dies tertiã jam vice amplissima tue dignitati hos
adfert honores Academicos: Vehementer propterea Sympatriota ac
discipuli tui hoc nomine gratulantur. De amplissimo hoc tuo mu-
nere quid dicam? Summum tenes imperium in omnes Academia ci-
ves. Quid enim Magnificentius, quam in musarum choro presi-
dem agere? Quid honorificentius, quam primum omnium civium
Academicorum locum obtinere? Quid celsius, quam honos tueri,
malos verò pœnis afficere? Quid optatius nobis, quam sub tanti vi-
ri imperio & moderamine vivere? Quid unquam divinius, quam
verbo

verbo Dei ali & ad veram vite aeterna cognitionem perducere? Tu amplissime Doctor es is, qui hac & mereris & facis. Te propterea immensa Dei providentia nobis Rectorem constituerat, felicissimi igitur sumus, & animis latissimis caput tuum venerabile sacra Tiarâ corpusq; Togâ cinctâ aspiciamus. O latum nobis diem! Latare ipse tantis dignitatibus. letetur tota Resp. letentur cives Academici singulitâ orthodoxa doctrinâ Præceptoribus. Mereris etiam amplissime Dn. Doctor, ut cliens hos tibi honores gratuler. Adsit amplissime tuæ dignitatibus cunctis tuis conatibus altissimum numen, subleuet præclaram tuam senectutem in hoc munere. Deus Opt. Max: Ut omnia, sub hoc tuo regimine in ejus gloriam, Patria commodum, reipub: emolumentum, tuum denique immortale decus & laudem nunquam intermorituram, vergant. Sic animitus vovet,

Amplissimæ dignitatis tuæ

Addictissimus cliens

JONAS Granbeck.



Os Musarum, quovis unquam in vestra palæstra numeramini Deæ, vos inquam, celeres huc ferte pedes, sistite vos spectatrices, aspiciat placidioribus ocellis, Magnificum hactenus Rectorem, in sua arte phænicem, ad cujus vim in verbis, pondus in sententijs, densitatem in rebus, subitotque ac divinos motus, quorum magna in eo copia, conatus aspicere humanus nullatenus potest: Huic vestra cohortis antesignano solertissimo, solidas agite grates, sicuti victores ex Lauro utuntur ad triumphandum corona; Ita hic Laur-Beet/ Rectoratum depositurus, proprio quo compellatur nomine, caput redimitum gestat. Beet/ latine redditur rivus, ut illius rigantur liquoris campi, dulcioribusque passim manantibus, guttulis, vastissima aluntur nemora, ita ad hujus rivi verius fluminis undas, solidissimâ doctrinâ refertas impletasque, nos ambientium instar ramorum invitati, properamus, accedimus, ejusdemque sinuosus flexibus capti, consedemus, pedem figimus; O igitur Laure etiamnum frondibus tuis commissos accipe, acceptosque umbra densissima à syderis nimio fervore tege, vela. Non ambigendum censeo, quin noster huc usque Antesignanus maxime circumspectus providerit nobis, alias palantibus, & sine

sine duce errabundis ducem idoneum seqve dignum successorem, ac quam
deploranda venit nostra conditio, quam ægre hinc divellimur! At quom-
niam quæsit invenit rogatum sceptro cum diademate adornatum Am-
pliss; D. Doctorem ENEVALDUM SVENONIUM, cui, nos
ob hominis sinceritatem, Nominis ominisq; memorandam notationem,
tanquam oves pascendæ tuto adhærescamus *En. Wald En/* una est hæc in
aquilone vox clamans, unus est hic qui non eget aliena luce, sua luce or-
bem universum cælumq; replevit, hic unus non eget plumis alienis, sua
ornamenta in tantam amplitudinem Religionis, per omnes terras diffudit,
hic *Unus*, non eget alienis odoribus, ad cujus virtutis odorem tot homi-
num religiosissimorum millia cursu indefesso currunt. *Wald/* Vallus
qui situs in opportuno, omni ita ratione ac opere munitus, nulla ut arte
nullis machinis, ferro nullo, nullo ære expugnari possit, sed hæretico-
rum copiis ruinam aliàs minantibus, irrisis illisq;ve, velut fulmine
quodam innotat, tu igitur inelyte Doctor scientia incomparabili, acci-
pe hoc munus licet onus, tamen præclarum, expetendum, Magnificum,
& in Magnificentia folio sedens utilitati commodoq;ve discipulorum coro-
næ velificaturus, ut mei inter ceteros clientulos memor esse digneris,
humilima animi subjectione oro, contendo, obsecro. O faustum ho-
die iterum exortum sydus, cujus splendore absq;ve severioris punctuli
intercapedine, in tranquillitate cumq;ve scœnore multiplici frui nos sinat
alma illa Trias! Latamini in universum hujus Athenæi hospites indefessi,
quibus contrigit sub hujus Magnifico præsidio spirare. Huic nostro
Magnifico RECTORI oneri gravissimo humeros submissuro, omnige-
nam ter sancti benedictionem animitus precamur. Illi quamvis minus
sufficientes, tamen devotas agimus grates, quod nullis vel consulentibus,
vel alium quempiam casum deferentibus, fores præbuit præclusas, ve-
stras iccirco utriusq; laudes, nulla oblitterabit oblivio; Sed tabulis æ-
ternitatis insculpendas esse augur existo certissimus. Proinde amœnif-
sime *Laure* intra validissimum *Vallum* sare, aviculam *Hæst* non rapacem
sed mansuetam brachiorum fibræ expansis protectam custodi. Tibi in-
super *Vallo*, ad quem confugio, memet comitro, Tibi confido, in Te
spem collocatam habeo certissimam, Deo te interim Astripotenti ex in-
timis cordis recessibus commendarum, inq;ve Nestoreos annos duraru-
rum unice discipulo.

Summa animi observantiâ & submissione
SVENO N. *Hæst*



Σ εὐδαιμόνων καὶ εὐτυχῆς ἡ βασιλεία, ὡς μακαρία
 ἡ πολιτεία, ἐπαρχία καὶ πόλις, ὅπερ, χωρὶς τῆς
 Θεᾶς ἀληθινῆς λατρείας, ἀνδάνη ἔσται ἢ
 Φιλοσοφία, τῆς ζωῆς ἀνθρωπίνης ἡγέμων, ἢ τῆς
 ἀρετῆς Φύλαξ καὶ τῆς κακίας ἀπαγωγός, ἀνευ
 ἧς ἔμῃον ἡμεῖς ἀλλὰ ἔο βίβη τῆς βροτῶν Διὰ
 πάντων ἔσθ' ἐν εἰναι διώσθαι: ταύτη πρὸς πόλιν ἐγλυπ-
 σε, ἔσθ' ἀνθρώπων Διαφορηθῆς εἰς τὴν κεινάν-
 αν ζωῆς συνεκάλησε, ταύτη αὐτὰς ἀλλήλους πρῶ-
 τως τῆς οἰκίας, ἐνθεῦθεν συζυγίας εἰς τὴν ἀσπιδῶν καὶ Φανῶν ἐταιρίαν συνεξου-
 ξε, ταύτη ἔνομος εὐρέτης, καὶ ἢ τῆς ἡθῶν καὶ παιδείας διδάσκαλος ὄντι, ταύτη
 τεκνῆς γυμνάσια, παλαίστρας, ἔσθ' ἀρετῆς κήπηρ ἐφύπευσε, ἐνοῖς τῆς σοφίας ἀπέρ-
 ματα ἀνθεῖ, ἔσθ' ἵνα κρείττω καὶ καρποφορότερος ὁ κήπηρ (τῆς γῆς), πρὸς κηπε-
 ρος (τῆς γῆς) τέον, οἷνες τὴν μελέτην καλῶ ἀπέρματος ἔχουσι, ἵνα μὴ τὰς ζῴων
 ἀκατάπτω αὐτὸ δόξωσιν, αὐτὸ ποσῶν ἀνάγκαιον ἔστι, ὡς ἐν κέσμῳ ἡλίου
 ὄντι ἔσθ' ἀνευ βασιλείας, ἔσθ' ἀρετῆς ἀνευ ἀρχοῦ, ἔστιν ὡς σώμα χωρὶς
 ἀνδραματῶν. ὡς ἀδύνατον ἡμῖν προσφέρει ἄλογα τὰ ζῴων: αἱ μέλισσαι πάν-
 τοτε βασιλεῖα ἔχουσι, ὡς οἱ ὁμοψυχοὶ ὑπακούσιν. ὁμοίως τῆς θηρίων καὶ
 ἡγέμονα ὄντων μεσσησὶ τῆς μεσῶν χόροι, αὐτῶν τῆς διομήσθαι, σωτηρία, ἔσθ' ἀπο-
 λογία καλύπτω καὶ βασιλευσιν. ἢ δὲ τῆς ἀρχῆς ἡμῶν, ἐγκρατεῖς γινώ-
 μενοί, ὄντων βελέματα ὑπερτέρων, ἐνδοξοπατῶν καὶ ἀξιοπλῆς ἐκ-
 τετρασώδης τῆς θεολογίας διδάσκαλοι κύριε. ΕΝΕΟΥ ΑΛΛΟΣ
 ΣΟΥ ΕΝΟΝΙΟΣ ἡ γέμων ἡμῖν διδόντων, εἰς αὐτὰ παρεσίαν, πάντες
 ὅσοι ἐσθ' ἀνδρῶν, πνευδοκῶντες, εὐσεβεσὶ ἐνχαῖς καὶ ἐπιφρονήμασι ἀπαιθῶντες,
 περιχαρῆ μάλα ὡς πρὸς τὴν ὡς ἀρχὴν γινόμενοι, εἰς εὐσεβεῖς Φανῆς, εἰς σωχάρ-
 ματα, ἔσθ' εὐχὰς ἀφάρρηγνύητες πάντες, διὰ πρὸς εἰσοδὸν ποσῶν ἡγέμον-
 ὄντων ἡρῶν χαρῆ, πικρῶν τῶν Φανῶν ἡχῶσαν, ἀς ἔσθ' ἐλεγε, ἢ δὲν βρόγχος
 ἡχον δῆνα ἐλευπότερα ἢ φύσις, χαῖρε μεγαλοπρεπῆς κύριε προστάτης:
 βίωσον πολὺν χρόνον τῆς ἡγεμονίας εὐδαιμόνων, βίωσον πολὺν χρόνον τῆς με-
 σῶν γονεὺς καὶ ἡμετέρης ἰαξέως ἔσθ' ἔσθ' ἐφορε μέγιστε, βίωσον ἡμῖν ἀσπιδῆς ἐξο-
 χε, μαικέναις μεγάλε, βίον ἀξίον ἡμῶν ἢ χαρῆ ἔσθ' ἐκείμεμα, βίον ἀξί-
 ον σὶ καὶ ἰδίοις, ἡμῖν καὶ πατρῶδι εἰς ὡς ἀμυθίαν καὶ ὡς Φέλφαι, βίον ἀξί-
 ον πολὺν χρόνον, ἔσθ' εὐχομαι.

Τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας λατρείας
 ΧΡΙΣΤΙΕΡΝΟΣ ΑΜΜΑΡ.

ΕΝ Τῇ ΠΟΛΙ ΤῆΣ ΚΑΡΘΑΓΙΝΗΣ
 ΜΑΡΤΥΡΩΣ